



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

240. De abnegatione sui quotidiana.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

propter me, inveniet eam. *Matthæ 10. Vers. 39.*

MEDITATIO CCXXXIX.

Didagma XLV. Præmium eorum, qui Dei servos recipiunt.

I. **Q**ui recipit vos, me recipit; & qui me recipit, recipit eum, qui me misit. *Matth. 10. & 40.*

II. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet; & qui recipit justum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. *Matth. 10. & 41.*

III. Et quicumque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidaë, tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam. *Matth. 10. Vers. 42.*

MEDITATIO CCXL.

Didagma XLVI. De Abnegatione sui quotidiana.

I. **I**esus dixit discipulis suis: *Matth. 16. & 24.* & convocatâ turbâ cum discipulis suis, *Marc. 8. & 34.* dicebat ad omnes: *Luc. 9. & 23.* Si quis vult post me venire, (me sequi, *Marc. 8. & 34.*) abneget semetipsum, & tollat crucem suam (quotidie

D. N. IESU CHRISTI. 221

die, *Luc. 9. v. 23.*) & sequatur me. *Matth. 16. v. 24. Marc. 8. v. 34. Luc. 9. v. 23.*

XIX. II. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perder eam: qui autem perdidit animam suam propter me, (& evangelium, *Marc. 8. v. 35.*) inveniet eam. *Matth. 16. v. 25. salvam faciet eam. Marc. 8. v. 35. & Luc. 9. v. 24.*

III. Quid enim prodest homini, si mundum universum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? *Matth. 16. v. 26.* se autem ipsum perdat, & detrimentum suum (animæ suæ, *Marc. 8. v. 36.*) faciat? *Luc. 9. v. 25.* Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? *Matth. 16. v. 26. Marc. 8. v. 37.* Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui, cum Angelis suis: & tunc reddet unicuique secundum opera ejus. *Matth. 16. v. 27.*

XL. IV. Nam qui me erubuerit, & meos sermones, hunc filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua, & Patris, & sanctorum Angelorum. *Luc. 9. v. 26.* Qui enim me confusus fuerit, & verba mea, in generatione ista adultera & peccatrice: & filius hominis confundetur eum, cum venerit in gloria Patris sui cum Angelis sanctis. *Marc. 8. v. 38.*

V. Dico autem vobis verè : *Luc. 9. v. 27.*
 Amen dico vobis, sunt quidam de hîc stan-
 tibus, qui non gustabunt mortem, *Matth.*
16. v. 28. *Marc. 8. v. 39.* *Luc. 9. v. 27.* do-
 nec videant regnum Dei, *Luc. 9. v. 27.* veni-
 ens in virtute. *Marc. 8. v. 39.* Donec vide-
 ant Filium hominis venientem in regno suo.
Matth. 16. v. 28.

MEDITATIO CCXLI.

*Didagma XLVII. Humilitatem par-
 volorum imitandam.*

I. Intravit cogitatio in eos, (*Apostolos*) quis
 eorum major esset. At Iesus videns co-
 gitationes cordis illorum, *Luc. 9. v. 46.* &
 47. cum domi essent, interrogabat eos :
 Quid in via tractabatis ? At illi tacebant. Si-
 quidem in via inter se disputaverant, quis
 eorum major esset, *Marc. 9. v. 32.* & 33.

II. In illa hora accesserunt discipuli ad
 Iesum, dicentes : Quis, putas, major est in
 regno cælorum ? *Matth. 18. v. 1.* Et resi-
 dens vocavit duodecim, & ait illis : Si quis
 vult primus esse, erit omnium novissimus,
 & omnium minister. *Marc. 9. v. 34.*

III. Advocans Iesus parvulum, *Matth.*
23. v. 2. & accipiens puerum, *Marc. 9. v. 35.*

sta-